

intentum, ut veritatem nascentem suffocet: nam simul ac Euangelij doctrina profertur, improborum impietas, quæ prius sopia iacebat, irritatur & acuitur: facilis est descensus ad impietatem & Hæresim; at ascensus ad pietatem & sanam doctrinam est acclivis & salebrosus, spinisque horret, nec nisi perrumpendo obsta-  
cula, potest via Christi calcari.

Cae*re* credas, ornatissime Verdæe, me, qui commotior sum in Episcopos Angliæ, protinus omnes, quos Anglia tulit Episcopos ab Henrico octauo, perstringere, quorum nonnulli martyrio sunt coronati, & quibus præcipue debetur euersio Papismi, qui que viuentes sub reformatione suis numeris nondum absoluta, retinuerunt, in splendida dignitate Papalem pompam redolente, humiles spiritus, & partes fidelis verbi Dei Ministri, qui solùm honori dicit, iuxta *scripturam* Pauli 1. ad Timot. cap. 4. v. 17. incubere orationi & doctrinæ: quales fuerunt Archiepiscopus Crammerus, Latimerus, Hooperus, Iuellus, & innumeraij.

Absit etiam, vt cumque credam Episcopo-  
rum munus, vt à plerisque sustinetur in Anglia,